







4  
1787,2  
10  
PERANTIQUAE ELECTORALIS VNIVERSITATIS  
ERFORDIENSIS

R E C T O R

AC

FACVLTATIS IVRIDICAE DECANVS

CHRISTIAN. FRIDER. IMMAN.  
SCHORCH, IC<sup>TVS</sup>

MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR ET DECRETALIVM  
PROFESSOR PVBL. ORD.

P. 94.  
SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI

DN. IO. ADOLPHI REICHARD

ERFORDIENSIS

VNIVERSITATIS ERFORD. SECRETARII

DIE V. SEPTEMBR. MDCCLXXXVII;


¶ ERAGENDA INDICIT

PRAEMISSA DISQVISITIONE

AN RATIONARIO ET ADMINISTRATORI INTVITV RE-  
SIDVI, QVOD VOCAMVS, *ACTIVI* (Actio: Receß) IVS  
TACITAE HYPOTHECAE COMPETAT?

ERFORDIAE,

LITERIS NONNIANIS.





SEBASTIAN ERBOTH UNIVERSITÄT  
ERBOTH  
B E O T O R


CHRISTIAN ERNST IMMAN.  
SCHORCH 10<sup>ter</sup>

SOLEMNIA INAVGURALIA

DR. G. ADOLPH ERNST

DIE 17. SEPTEMBER 1801

AN FÜRSTEN VON ANHOLT-KÖPENHAGEN  
SIEHE OROLOGIUM 2. NOTIZ (S. 17)



11







**R**aro quidem euenit, vt redditis rationibus reliqua contra dominum resultent, habentque etiam rationarii causam cauendi, ne plus expendant, quam in re ditibus habent, quasi de suo prænumerassent, dominumque sic inscium prænumeratione nec præsumibili nec sine Domini mandato licita onerent. *Menoch. Lib. III. præsumt. § 2. n. 1. sequ.* LANGE vom Rechnungs-Weesen cap. XI, §. 2. 3.

Certe alicubi expressis LLbus hoc administratorum publicorum admissum inter verita & animaduersione digna relatum est 1). Interim

1) in Corpore Constitutionum Brandenburgico-Culmbacensium T. II. p. 2 pag. 325. extat Constitutio d. 4. XXIV. Nov. MDCCXXX. in qua sequentia leguntur: Nun denn auch keinen auf Rechnung sitzenden Diener und Beam-



torum tamen accidere nonnunquam potest, ut administrator legitimo modo creditor domini euadat, sicque reliqua contra hunc resultent. Casus talis aliquando obuenit: Duo fratres nobiles plures insignes reditus communes habebant, (Majorats Reventen, Testaments, Dievenüen) quos per quaestores suos administrari curabant, Contraxerunt vero etiam ingens aes alienum, & orro Creditorum concursu ita cum Creditoribus transegerant, ut dimidia omnium reddituum ipsis pro congrua sustentatione manere, altera dimidia Creditoribus cedere deberet, sensim inde suo ordine satisfactionem ratione

Beamten frey sehet, vielmehr durch die a. 1671. publicirte Amts-Instruction verboten worden, die herrschafft Gelder und Güter mit seinem Eigenen zu vermengen, solchemnach unndal. von eines Jeden proppen Vermögen unvermercker weise etwas unter die zur Administration anvertrauten objecta kommen kan, hingegen dazern der Beamte oder Einnehmer etwa von dem Seinigen der Herrschafft vorschieset, sich gedähret, solchen Vorschusses halber ersittlich anzufragen, und hernach diesen mit Beziehung auf den deßhalb erhaltenen Befehl ordentlich in Einnahme zu stellen, oder aber zu erwarten, daß ihm dergleichen Vorschuß außgestrichen und in Rechnung nimmermehr angenommen und passirt werde — und obwohlen auch einlge Rechnungsführer und Beamte sich zuweilen darauf berufen, daß sie ihre Besoldungen — inne gelassen, daher ein Actio-Bestand rühre; so ist jedoch dieses Anführen unpräsumittlich, um der entstehenden Unordnung unerlaubt, überhaupt aber zur Gefährde gerichtet — werden also alle Rechnungsführer dahin ernstlich verwarnet, die herrschafftlichen Gelder und Güter von den Ihrigen abgesondert aufzubehalten, ohne expresse Anzeigle und Befehle von ihrem Vermögen nichts vorzuschleffen, weniger ein Capital aufzunehmen, am wenigsten ihre Besoldung, Deputata, Emolumenta, Innen zu lassen — oder im Wiedrigen zu erwarten, daß nicht nur allein ihnen einlger angebl. Actio-Bestand durchaus nicht passiret, vielmehr gänzlich abgestrichen, söcher als ein wärkl. Eingriff in die herrschafft. Gelder geachtet, und gleich einer Veruntreuung mit den in Rechten oder Andern Edicten darauf gesetzten Strafen bestrafe werden solle x.



9  
tione fortis & vsurarum consecuturis. Inter Creditores liquidantes comparebant etiam supra memorati quaestores ex rationibus iustificatis haud leuem summam reliquorum pro ipsis contra dominum resultantiam (Activ-Bestand) ex nimietate assignationum, quibus solutio modo huic modo illi Creditori ex redivibus facienda mandata erat, ortorum, demonstrantes, eoque nomine pra alii Creditoribus prerogativam sibi suisque creditis iusque retentionis asserentes. Urgebant vero pro sua intentione: a) debitum hoc, super quo documentum obligatorium datum haud sit, qualitatem mutui vsurarii non habere, nec ex huius natura diiudicari debere, b) administratorem redituum, qui plus soluit pro domino assignante quam in redivibus habet, catenus credere in bona sibi in administrationem commissa, dominumque eumque debitorem pati debere, vt exinde administrator sibi satisfaciatur, c) adesse ergo assignationem redituum in solutum, quae vim delegationis habeat, & dominii translationem intoluet, cuius effectus sit, vt pra aliis creditoribus posterioribus prerogativam tribuat WERNHER p. 7. Obs. 203. MEV. de Arrest. c. 9. §. 6. c. 19. n. 10. porro d) administratori competere etiam ius tacitae hypothecae, dum eidem ad exemplum domini intuitu rerum administrationi subiectarum in bonis administratorum tacitam hypothecam habentis, ius aequale secundum analogiam iuxta *tit.* Quod quisque iuris in alterum statuerit &c. &c. tribuendum sit haud immerito. Hoc vero supposito ius retentionis redituum administratorum in aprico esse, cum tale ius cum hypotheca coniunctum sit. Sed haec argumenta, si propius excutiantur, oppido infirma sunt. Nam ad a) inde ad summum hoc sequitur, vt tale debitum non in infima, sed in quarta classe locari possit, secundum regulam nonnullorum, Ddrum, quae omnes creditum repetentes, quod sine vsuris debetur, nec adeo ex mutuo vsurario descendit, in quarta classe collocare iubent, conf. BERGER *Elect. Disc. for. T. I. pag. 1650.* Deinde ad b) abstrahendo a Concurfu Creditorum & a pacto, quo dimidia redituum Creditori-



bus assignata erat, liberum quidem est administratori ratione pecuniae per antecessionem solvere in vno anno sibi satisfacere ex redditibus sequentis anni, & eius solutionem in rationes inferre, sed hoc nihil inquare potuit administratores in nostro casu, quo non ex dimidia reddituum, quae dominis manebat, sed ex altera dimidia, quae Creditorum corpori cessa erat, satisfactionem querebant, aliisque Creditoribus anteferri cupiebant, nec tamen fundamentum prerogativae allegare poterant. Nam ad c) assignatio reddituum, quam iactabant, nulla adparebat, eaque frustra ex solutione pro domino in antecessum facta eliciebatur. Tandem ad d) considerandum merito fuit, primo non in omnium quorumcunque administratorum bonis pro Reliquis hypothecam tacitam competere Dominis, sed solummodo fisco, pupillis & minoribus, & qui iis æquiparantur e. g. Ecclesiis, Civitatibus in bonis administratorum tacitam hypothecam competere in ceteris vero dominos sibi de expressa hypotheca prospicere necesse habere, siquidem tacita hypotheca sine lege statui nequit *conf. LYNCKER Vol. II. Respons. 3.* Deinde argumentum ex indole correlativorum desumptum nullius ponderis est. Non sequitur: dominus gaudet iure taciti pignoris in bonis administratoris ratione residui passivi, ergo vicissim administrator eodem iure in bonis domini gaudet ratione residui activi. Hinc & expressis verbis ESCOBAR *de Ratiociniis cap. 39. n. 17.* negat, tutorem vel curatorem habere tacitam hypothecam in bonis minoris pro reliquis tutelae vel curae, licet pupillum & minorem eo iure in bonis tutoris & curatoris gaudere iuris certi sit *l. 20. C. de administr. tut. vel Cur.* adde CARPZOV *Iurispr. for. P. II. Constit. 24. def. 16. & Decis. 94.* Si etiam locum dare velles sumto a correlativis argumento, omnia privilegia futura essent reciproca, quod absurdum, *conf. LAVTERBACH in Colleg. pract. Pandect. ad tit.:* quod quisque iuris in alterum *thes. ult.* Itaque supra memorati quaestores & administratores reddituum inter Creditores chirographarios locum suum merito acce-



aeceperunt. Sed conuerto me nunc ad indicenda solennia inauguralia  
Candidati nobilissimi ac clarissimi

Dni IO. ADOLPH REICHARD,

IURIVM CANDIDATI MERITISSIMI

qui de suis natalibus vitæque adhuc laudabiliter actæ ratione sequen-  
tia nobis retulit:

*Natus sum Erfordia, Anno post natum Christum MDCCLVI. Parentibus optimis & adhuc viventibus, Christophoro Reichardt, civitatis consule seniore, & Friderica Eleonora, nata Wels. Instructus tam religionis quam liberalium disciplinarum & latinitatis fundamentis, scholam quam vocant Mercatorum reliqui, & per V. annos Gymnasium quod hic floret senatorium frequentavi, ex quo postea publice dimissus civibus Vniuersitatis nostræ adnumeratus sum, prælectionibusque clarissimorum Virorum LOSSII, REINHARD, MEVSEL, SCHORCH, HENNE & WEISMANTEL interfui. Finito hic biennio, & quod excurrit, me in Academiam Ienensem contuli, ibique ducibus celeberrimis Viris HELLFELD, OELZE, de SCHELLWITZ & REINHARDT, cursum academicum absolui. Redux tandem in patriam factus, post aliquos annos ab ILLVSTRI CONSILIO ACADEMICO mihi minus Secretarii Vniuersitatis demandatum est.*

Iam aliquot annis ante, quam ipsi munus Secretarii Vniuersitatis concrederetur, Candidatus noster examen rigorosum subiit, inque eo ita stetit, vt concordibus Iureconsultorum Ordinis suffragiis ad vltiora specimina admissus fuerit. Hæc vero vsque huc distulit, nunc vero in eo totus est, vt iis præstitis viam ad supremos in iure honores sibi aperiat.

Ideo



Ideoque proximo die Mercurii, qui erit d. V. Septembris le-  
ctionem Curforiam ad *L. LXXVI. ff. de Euiſtionibus* habebit, ea-  
que finita Diſſertationem ſuam inauguralem

DE

DONATIONE PROPTER NVPTIAS ROMANA EIVSQVE  
SPECIATIM ORIGINE

me præſide publice defendet. Quos actus ſolemnes vt Vniuerſitatis  
Proceres ac Ciues præſentia ſua cohonestare haud grauentur, officio-  
ſe oro rogoque.

Publ. ſub ſigillo Facult. Iuridicæ d. II. Sept. MDCCLXXXVII.






Erfurt, Diss., 1783-1801 I

X 2386945









Farbkarte #13

B.I.G.

4  
5  
P. 94.

10

1787,2  
PERANTIQUAE ELECTORALIS VNIVERSITATIS  
ERFORDIENSIS  
RECTOR

AC

FACVLTATIS IVRIDICAE DECANVS

CHRISTIAN. FRIDER. IMMAN.  
SCHORCH, IC<sup>TVS</sup>

MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR ET DECRETALIVM  
PROFESSOR PVBL. ORD.

SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI  
DN. IO. ADOLPHI REICHARD

ERFORDIENSIS  
VNIVERSITATIS ERFORD. SECRETARII

DIE V, SEPTEMBR. MDCCLXXXVII;

PRERAGENDA INDICIT

PRAEMISSA DISQVISTIONE

AN RATIONARIO ET ADMINISTRATORI INTVITV RE-  
SIDVI, QVOD VOCAMVS, *ACTIVI* (Actio: Receß) IVS  
TACITAE HYPOTHECAE COMPETAT?

ERFORDIAE,

LITERIS NONNIANIS.

